Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

statim fricationes et ligaturas · stocho et
ventri fomentationes ex stipticis confor-
tantibus in hac forma ℞ mirtillorum sumach
lambrusce aā · ℥ · ß · absinthii mente abro-
thani aā · ℥ · ß · mastichis marc · aā ʒ · ij ·
nucis mustate ligni aloes aā · ʒ · j · calam
aromatici ʒ · ß · corallorum alborum et rubeorum
aā · ʒ · j · ß · buliant in vino aromatico stip-
tico · in quo spongia ponatur, que ori sto-
machi stomacho et ventri, calida appli-
cetur, et reiteretur applicatio, Et postea
fiat abstersio cum panno calido, factis-
tamen applicationibus sex uel septem vicibus
Et fiat inunctio roborativa, dicta supra
de cura fluxus ventris, Confortetur
virtus cibis lenibus et vino predicto in quo
fundatur lignum aloes, quod in isto casu
magnam habet proprietatem Et ut virtus
roborietur fiat applicatio ventose magne
super umbilicum et ligentur in extrema, et
fiant fortes fricationes et diuersiones
aliunde Et fiat Julep · roborans virtute
restrictiua fluxus et vomitus, dictum
supra ca.o de cura fluxus, Et reforcilla-
ta virtute ad euacuationem materie pro-
cedatur cum solutiuis enematibus et vomitum
causantibus Et si vides materiam plus
educere per vomitum quam per secessum, vo-
mitum notabiliter procurare potes, non pre-
missa ventris solutione, et vbi vides.

natura

per secessum